



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 105. Mainardi artificium de Hussitis penitus excindendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul XV. potissima devictorum pars in Hussitarum
 A.C. 1434. campis nata, in armis enutrita, nec
 aliam quam bellandi artem edocta, om-
 nem ætatem in castris transegisset,
 pessimam ergo ejusmodi gentem omnino
 delendam esse; apertissimum quippe Bo-
 hemiæ Regno imminere periculum, si
 homines rei militaris periti obtenta vi-
 venia dimitterentur, nec unquam publica
 tranquillitati cautum fore, quamdiu inter
 regni fines tutum concederetur receptu-
 culum plusquam viginti millibus armato-
 rum, furtis, rapinis, & cædibus assuetu-
 rum, timendum quoque, ne, si conjunctim
 vivere permittantur, sibi Ducem adopta-
 rent, bellumque redintegrarent. Si ve-
 ro in pagos & oppida distribuerentur, ci-
 ves & colonos hæresis labe inficerent
 eorumque mores corrumperent. Vixit
 Mainardi sententia, & Catholici ejusdem
 rationibus moti, Hussitarum pedestre
 copias funditus delendas esse consentiant
 hanc vero sententiam exequendi nego-
 tium reliquerunt Mainardo, quod etiam
 singulari sagacitate perfecit.

§. CV.

*Mainardi artificium in Hussitis penitus
 exscindendis.*

Haud ignorabat Mainardus, inter devic-
 torum copias numerari quamplurimos

mos, qui sola militandi libidine incensi, Sæcul. XV.
aut necessitate coacti, Hussitarum signa A.C.1434.
secuti fuissent; Ad hos igitur utpote in-
nocentes a communi reorum excidio ser-
vandos, simulque consilium suum celan-
dum, Mainardus qua arte usus fuerit, per-
cipiamus. Voce præconis in ea castro-
rum parte, ubi Hussitarum pedites in-
clusi detinebantur, promulgari jubet:
nondum belli finem esse, fugisse Coap-
chonem, Colnitium cum tota Equitum
cohorte intrasse, atque ibidem exercitum
restaurare velle. Itaque ad præoccu-
pandas illius machinationes unicum, id-
que maxime necessarium superesse me-
dium, ut rupta omni mora armata manu
cingeretur: ad hoc autem consilium for-
titer aggrediendum, ac feliciter exequen-
dum, illorum quoque requiri operam,
qui in bello sub Ducis Zifchæ imperio
præclara fortitudinis suæ specimina edi-
dissent: Supremos Regni Ordines, ut
luculento comprobarent argumento,
quanti eos haberent, decrevisse, singulis
eorum ex publico ærario stipendium da-
re. Ne vero sub tam nobili ac genuina
Martis sobole spurii (qui vulgo *militēs sub-*
dititi vocantur) irreperent, illi omnes in
proxima sese horrea recipiant, rudes ve-
ro, bellandique minus peritos sua rura
laresque repetere cogant.

§. CIV.